Nericia

Förord till den elektroniska utgåvan

Under arbete...

D. D.

NERICIA

AMPLISS. FAC. PHIL. CONSENSU

Sus

MAX. REVER ac CELEBERRIMI VIRI,

Doct. OLAVI CELSII,

L. L. O. O. Prof. Reg, et ORDIN.

PRÆSIDIO,

Die I. April. An. MDCCXXV. in Academia Ups. Audit. Gust. Majori,

Horis Pomeridianis

PRO GRADU MAGISTERII

Publice defensa

a

JOHANNE GUST. HALLMAN GÖSTAFSSON.

UPSALIÆ, Literis Wernerianis

Kongl. Maj:ts

Hofpredikant/

Then Hel. Skrifts widtberömde

DOCTOR,

Then

Högwördige Herren /

Herr GEORG WALLIN.

Bland Manheims lärda Män du wittra Hedersman/ Låt thessa första blad få wäna blickar niuta/ Så skall blott lifwets slut få trogen önskan sluta / At hwarken hand ell' mun then fylligt tyda kan /

Doch hwi tör Swidur fram med skogar felt och berg / Sin grofwa prydnad för få gransynt öga wisa ? Ther skönsta rikens glans af äkta färgor lysa/ Lär Swenska gråberg te en alt för mörcker ferg.Så tycktes thet wäl först/ dock tyns thet tycke af / Enär min Minnur mins/ at hwad om Nerke skrifwes / Thet til en Man af wett och frägdfult funne gifwes / Som städs Wårt Mannahem sitt werda werde gaf.

Herr Doctor tag då mot hwad här min weka fiär / Om Swithiods nedre land/ begynt at menlöst skrifwa; Hwem

skull jag helre thet af trogen wördnad gifwa/ Än then / som stam och blod från Nerke äfwen bär.

Högwördige Herr *DOCTORNS*

Allerhörsamste tienare

JOH. GUST. HALLMAN.*Admod. Rever atq; Rræctarissimo Viro,*

Mag. JOHANNI BROLING,

S.S Th. LECTORI prim. in Gymn.

Stregnes. accuratissimo, PAST. &

PRÆP, in Sällö meritissimo,

PATRONO OPTIMO.

Plur. Reverendo atque Clarissimo Viro,

Dn. JOHANNI ÖSELIO,

PASTORI in Knifwesta & Hidinge meritissimo, Patrui loco jugiter prosequendo.

Spectissimo Clarissimoque Viro,

Dn. CAROLO TISELL,

Officinarum Ferrearum ad Skogaholm Directori & Patrono maxime Industrio, Confangvineo Carissimo.

Has de NERICIA

J. G.

GöstafsAdmod. Rever. atq; Praclarissimo Viro,

Mag. INGELLO HELSTADIO,

Hist. & Phil. Mor. LECTORI dignissimo, Consangvineo

Carissimo. PATRONO OPTIMO.

Plur. Reveréndo atque Carissimo Viro,

Dn. DANIELI TISELIO,

PASTORl Hammarensium lauda-

tissimo, Consangvineo

Carissimo.

Plus. Reverendo atq;Eruditissimo Viro,

Dn. ZAGHARIE TISELIO,

V. D. COMMINISTRO in Knifwe-

sta & Hidinge longe honoratis-

simo, Consanguineo

Carissimo.

primas pagellas offert

H.

son.Til

Then Höglärde Herren /

Herr Cand. JOHAN GUST.

HALLMAN /

Då han sitt berömmeliga Mästerprof

Om

Nerike

I Upsala Academia förswarade.

KOm NERKE fram med all den gröda / Dig blida Himlen i#at med / Uhr diupen med din koppar ida / Med ståhl och jern från tång och städ; Dock alt thet dyra himla lån I nedra rum sitt säte lemnas / När som de täcka barnen nämnas / Dig / HULDA MODER/ kommit från.

Du har bland andra Söner wårda En HALLMAN från ditt skiöte tedt / Den för sitt wett och kynne lärda Wår wittra Pallas handen gedt / Och låwfar / then han billigt skal / För all sin swett / i wärdig ähra Then dyra wijshets lager bära På Salæ dyra högd och HALL.

Ja wäl / så tråd wår HALLMAN täcka / Du wackra Neriksboa Son / Träd fram / at af de blommor täcka Få wärdig lön på Helicon: Wårt Nerke skall med tacksam hand Dit namn i bergerunor rista; Ett ewigt lof / skall dig ej brista För kärlek till ditt Fosterland.

/Daniel Stenius Hansson.

DE NERICIA.

Cap. I.

Onomathologicum.

FOrtissimos Troas acerbissima olim everterut bellolorum fata. Persis auro purpuraque fulgentibus, ductu Alexandri Magni jugum imposuerunt Macedones. Macedonia & universa Græcia_. Romanorum expavit potentiam. Romam eo ipso tempore quo plurimæ gentium eam adorabant, Gothorum virtus prostravit. Regno vero Svio-Gothico, non_. felicia Græcorum nec victiciaRomamanorum arma nocuerunt. Hoc fatebuntur, qui historiam & monumenta nostratium inspicere velint, quamvis plura id genus & temporis iniquitas & multorum nobis abstulerit inscitia *a*). Omissis in prasentia cæteris Svio-Gothicarum provinciarum monumentis, nostrum jam eri, in ea, quæ de Nericia observatu digna sunt, inquirere. Interea Benevole Lector, tentamina nostra benigna accipias fronte, & in meliorem partem interpreteris.

o / o Nericiam inter gr. 59. 2. & 59. / 42. latitudinis, & inter 35. o & 36. / 17. longitudinis delineavit Homannus; cujus circa denominationem, varias eruditi fovent opiniones. Volunt quidam Nericiam dictam_. esle a Sveco Nära h. e. *alere*, quassi

a) Joh. Magn. præfat. ad hist, Sviogoth. Jos. Thun vita Palmsk. p III. Wormii Præf. ad Lit. Runicam.

Närarike / quum incolas uberrime alat atque sustentet. Est quidem in Nericia magna fertilitas soli uber proventus annonæ, & insignis copia metalli, sed eadem felicitate aliæ gaudent hujus regni provinciæ; ut hane præ ceteris ab alendo nomen traxisse, statui commode nequeat. Unde non immerito scripsiste videtur b. m. Schefferus: *Ridiculi profecto sunt, qui Nericiam a divitiis, veluti Nærerikia diceretur, ceterisque regionibus fertilior aut opulentior esset, derivant b*).

A vicinitate nomen accepisse Nericiam 1evis est quorundam conjectura, quasi dicatur Kär=rike/ *regio propinqua & vicina*, ut opinatur etiam Martinus Miltopæus, quondam Eloquentiæ Professor Aboensis, in oratione funebri, qua Simoni Kexlero Nericiensi Math. Professori in eadem Academia, parentavit. Sed eodem jure, quibuslibet

b) *Joh. Scheff. Ups. p. 8.*

provinciis aliis vicinis idem nomen esset commune; cur enim_. huic tanquam proprium tribuatur, nulla apparet ratio.

Magnus noster Polyhidtor Olavus Rudbeckius Nericiam Norike olim appellatam, & nomen a Nore quodam accepisse putat, quod tam ex tabellis geographicis Atlanticæ adpositis, in quibus Nericios Noricos vocat, quam ex indice_. ejusdem operis patet: Norike / *Nericia* , *a* Nore *c*). Hunc Nore unum inter Deos, vel primos Svediæ reges fuisse censet, ideoque Deorum Hyperboreorem catalogo, nomen ipsius inseruit, quos hoc ordine enumerat; Uller/ Semminger/ Baldur/ Mannen / Dager/ Frej/ Nore/ Afte/ Dager/ Jo/ Tioder, Tiuke *d*). Hunc eundem Nore Saturnum vocarunt Poetæ, uti constat ex Atlant. Tom. I. Cap. 23. in quo capite de

c) *Atlant. Tom. I. p. 222. & in indice. d*) *Atlant. I. p. 222.*

Saturno pracipue agitur. Nericiam Norike pridcis, temporibus vocatam fuisse, prorsus negare non possumus, nam & Norige (Norvegiam) Nerigon olim dictam videmus e); eadem ratione fateri cogimur, majores nostros pro Nerike Norike dicere potuisse; fatemur etiam primos patria Deos regesq multis in Svecia provinciis fua nomina dedisse f), cujus testimonium nobis exhibet auctor prafationis ad Wilkina saga his verbis: Sagan er

a tha leid samansett / ad nefnder eru binir firstu hofdingiar er radit hafa londonum/ og af theirra nafni kallad landit og thiodin su their stiornudu og theirra attmenn sidan g).

Hoe suo exemplo comprobasse dicitur Aune hin gamle/ qui quum filios suos Odino immolasset, eorum meraora & nomini multas in re

e) Atl. Tom. 1. p 482. f) b. m. Lundii

annot ad leges Upl. p. 134 g) vid.

Vilkinas, förtalet/ item p. 113.gno provincias dedicavit, quemadmodum mandatum erat ab ipso Odmo: ok pat mep att han skyldi heiti getwa nockoro Herapi i landi fino epter taulo sona sinna/ peirra er han blotapi til Opins. h.e. simulque nomen territorio cuidam regni sui in memoriam filii Odino immolati imponeret b). Quamvis vero hujus nominis derivatio nobis non displicet, heic tamen certi quid definire non audemus , quum in historiis pro Nericia Norike legere adhuc nobis non contigerit. Praterea ex Edda patet, gigantem Nore Jotunheimiam primis temporibus inhabitasse i), ignoraturque prorfus: an Nore in Nericia vel regnaverit, ve1 habitaverit, vel suum, regioni alia ex occasione, dederit nomen,

b) Heimskr. Ynglingas. c. 29.p. m. 32.

i) Myth. 8. vid. Rudb. Atlant. Tom.

1. p 198. item. Cl. Biörners Jotun-

heima pag. 28.Beatus Verelius, qui ob solidam eruditionem eximio inter doctos loco habetur, in notis ad historiam Rolfonis & Gotrici, de Nericiae appellatione, suam sententiam his aperuit verbis: Nericiam a Neri Jarl demminatam puto, Nerike quasi Nerikie/ Neri ditio & provincia. Ipsi quippe in Ringarike & Hedemarken imperanti, vicinus maxime & opportunas hic fuit tractus k). Veteris Auctoris verba, unde haec se concludere posse putat Verelius,

ita sonant: oc pad seiger i sumun bokuni / at Niere hielde nokurt Rijke af Gautreki kongi / och wari han

oc Jarl Gautreks Kongs; oc i radum

med hanum pegar pes purfi wid /

h. e. in quibusdam libris commemoratur, Comitem Neri partem terra Gothica, ipsi proximam, a Rege Gautreko habuisse, eamque ob caussam comitern & senatorem ejus fuisse l). Sed

k) Ol. Verelii not. ad bist. Gothr. p. m. 32. l) hist. Gothr. p. 30.sequentes ob caussas veritati minus conveniens

haec videtur sententia. In historia Gothrici capite quinto traditur, GeirpiofumUplandia Regem, filium Hundpioferi & nepotem Fridpioferi superbi, magnum sibi comparavisse exercitum. Quo apparatu belli cognito, Rex in Agder & Jadren Vicarus , in Uplandiam cum multis copiis profectus, pralio ibi cum rege Uplandorum decertavit, cum devicit, totamque Uplandiam & Telemarkiam sua ditioni adjecit. Fridpiofero juniore remoto , Telemarkia data eft Haraldo Vikari filio maximo natr; alter vero filius Neri Jarl, Comes Uplandiae evadit. Non existimabimus hanc Uplandiam in Svionia fuisse, cujus primaria urbs inde ab antiquissimis temporibus Upsala_. est, & regious Upsalensibus fuit subjecta; sed pars erat Norvegia, multas provincias continens, quarum praecipuae fuerunt; Heypmörk/ Gud=brandsölum / Raumariki / potn /

Hadaland / valdrast m). Eandemque esse Uplandiam, in qua ad dignitatem Comitivam (Jarlswelde) evectus erat Neri Vikari filius, ipse Verelius in notis fuis ad haec verba hist, Gothrici: ok skijlur gau-

telfar mille Uplanda ok Gautlands /

fatetur ita scribens: Uplanda vocantur provincia ultra Gautaelf Vestrogothia contermina, ut Hedemarken, Gudbrandsdalum & catera, in Norvegia regum historiis crebro memorata: ne quis Uplandiam Sveonia provinciam intellectam putet n). Hinc mirum videtur, quam ob caussam in sequentibus haec de Meri referat: ipsi quippe in Ringarijke & Hedemarken imperanti, vicinus maxime & opportunus hio fuit tractus o), cum tamen universa Dalia & Vermelandia, cum_.

parte lacus Weneri inter limites Norvegia & Nericias sita sint.

m) Olof hin Digres saga cap. 34. n) Gothr. p. 1.Verelii not. p. 13. o) Verelii not. ad hist. Gotr. p. 32.Haec ut clarius elucescant, sequentia adferre lubet testimonia, qua probant Neri Vikari filium_. Comitem Nericia nunquam fuisse. In historia Gothrici dicitur: Olafr

hint Skygni hiet Kongr eirn i Swijpiod / par sem han varnar rikt: han var rijkr ok Hermader mikill. h. e.

Olavus hin Skygni/ vocabatur Rex quidam in Svedia, dives & strenuus vir p). Porro in laudata historia_. narratur, hunc Olavum in regno suo exercitum cornparasse & suppetias tulisse Regi Vikaro patri Neri Comitis in bello cum Fridpiofero; Quo victo Olavus bellum inter Fridpioferum & Vikarum composuisse dicitur hoc pacto, ut Fridpioferus regnum Upiandicum & Telemarkiam Regi Vikaro traderet, qui, postquam abivisset Fridpioferus, Neri Comiti Uplandiam dedit administrandam. Olavus Skygnius monarcha non erat Upsalensis, u-

p) Gothr saga p. 29.nus itaque regulorum necestario erit, quos multos per ea tempora_. Svedia numerabat. Cui Svionum provincias prefuerit Olavus, prodic nobis Snorre Sturlesson his ver-

bis: Moper Olafs Trdtelgj het Gauthildur enn hennar moper Alöf dotter Olafs ens Sengna kongs af

Naeriki/ h. e. Mater Olavi lignorum casoris Gauthilder vocabatur, ejus vero mater Alöf, filia Olavi hin Seygnas Regis Nericia q). Tam ex his quam ex hist. Norv. Cel. & Eruditiss. Vin Tormodi Torf. r) constat hune Olavum Regem fuisse Nericiae; quem allata historicorum testimonia probant non tantum eodem tempore vixisse, quo Comes Neri, verum etiam eidem acquisivisse Uplandiam suo auxilio, quod tulerat patri ejus Vikaro.

Hic Olavus affinitate Gothrico clementi (Göthrik hin milde) regi

q) Heimskr. p. m. 53. r) parte prima pag. 292.Gothorum junctus erat; filius enim Gothrici Algöte filiam Olavi Alöf uxorem duxerat, cum qua_. procreaverat Göthild reginam Ingialdi Jllråda / & matrem Olavi Trätelja s). Hinc certissime concludere possumus, Nericiam haut eam fuisse terram, quam Gothricus Clemens Neri Comiti dedit t), quia habuit eo tempore proprium Regem Olavum, qui ut Neri Comes fieret Uplandiae, fua opera_. effecit Quum ergo Neri Comitis ditio Nericia nunquam fuerit, consequitur a Neri quasi Nerisrike appellari non potuisse.

Sunt qui negant, Nericiae nomine, hane provinciam compellatam fuisse tempore Olavi Scygni, quod in historia Rolfonis & Gothrici non exprimatur, ubi Olavus Scygnius regnaverit, sed solummodo dicatur rex regionis cujusdam Svedia. Attamen Sturlonides a-

s) Ynglingas. d. 44. & 53.perte vocat Nericiam u). Quo autem tempore proprium habuit regem, necessum est habuerit etiam nomen, & quidem Nericiae, donec aliud ostendatur. Refert porro b. m. Verelius x) , Nobilissimum_. Stiernhielmium ad LL. Vestrogthorum tiufdab. 12. fl. recte observasse, Nericiam partem Vestrpgothiae olim fuisse, quas observationes videre adhuc non contigit rationes quibus suam confirmare conetur opinionen, nos quoque latent,

Reges Sviogothici magna olim gesserunt bella, partim ut gloriam sibi popaloque suo acquirerent_. , partim, ut regna sua augerent. Etenim semper ea mens fuit hisce populis: Regem imperii sui terminos augentem & amplificantem, meliorem esse Emundo Slemme, qui stultitia sua, eos multum diminuit, quum rex esset,

a) Heimsk p m. 53. Hist Gotr. p. 29. x) in not. ad. hist Gotr. p. 32.vel ut verba Sveco idiomate in 1egibus Sudermatmicis Msc. leguntur:

Thån konunger Swerichis Landamäre utwidir/ är bätre än Emunder Slemä sum thät med falscho sinne mykit minskade pa han konung war.

Quam ob rem arma quandoque sibi invicem intulerunt Reges Svionum & Gothorum: qua occasione Nericia Gothiae proxima, periculo etiam maxime erat exposita_. Etiamsi concederemus, quod tamen in annalibus veris & fide dignis vix reperietur, Gothos interdum victores, Nericiam regno suo adjecisse, inde tamen non sequitur, Nericiam partem Vestrogothiae fuisse, quem ad modum, licet Fen nones Regi Svecorum sint subjecti, patria tamen eorum Fennonia pars Svedia proprie sic dictae non est.

In plurimis anriquissimi aevi hi storiis Nericia Svionum provinciis annumeratur , nuspiam vero Gothicis. In historia Ynglingorum_.refert Snorro Sturlesson, eo tempore quo Ingialdus habenas imperii Svethici suscepit, plures in Svedia regulos imperasse, quorum sex praecipui numerantur: Yngwar ejusque filii Agnar & Alf / reges Fierdhundria, ut olim vocabatur Vestmannia & Dalekarlia y) Spor-

snialler rex Nericia, Sigwater At-

tundia, quo nomine magna pars, Uplandiae & Roslagia appellabatur, & Graninar Sudermannia. Septimus ipse Ingialdus Illråde monarcha Upsalensis erat, de quo ita memoratur: Ingialdur kongur sen-

di menn um alla Swipiop oc baup till sin kongom oc Jörlom/ oc adrom mercis=männom/ h. e. Rex Ingialdus legatis suis per omnem Svioniam procul emissis, Regulos, optimates virosque honoratiores ad se invitavit z), Auctorem heic non intelligere magnam illam Svioniam , qua maxi-y) Atl. Tom. 1. p. 203. z) Ynglingas. pag. 46.mam Scandinavia partem comprehendebat, inde constat, quod heic tantum numerentur reges in Svedia proprie sic dicta, qua has in se quinque provincias continet, Uplandiam, Vestmanniam, Dalekarliam, Sudermanniam & Nericiam, quarum provinciarum reges septem tunc temporis erant, unde Sidkongasal/ septem regum palatium, domus illa vocabarut, quam magnificam exstruxerat Ingialdus. Algotus socer Ingialdi tunc Rex erat Vestrogothie, Högne vero ejusque filius Hilder Osftrogpthia, qui in numero regum septenario non ponuntur. Luce itaque meridiana_. clarius est, debere Nericiam inter dictas quinque Svedia provincias numerari. Olavus Scygnius supra memoratus verbis haut ambiguis

vocatur kongut eirn i Swijpiod par sem han varnar riki/ h. e. Rex qui-

dam in Svionia, ubi regnum habuit, qui quum domum repeteret, belloUplandico ad finem perducto, profieiscebatur heim austr i Swijariki

a); Nericia quippe relpectu Uplandiae Norvegica, ad orientem sita est. De limitibus inter Svediam & Gothiam, ita in veteri Chronologia Mscr, anonymi cujusdam legi-

mus: aff Japhet ar kompne Sitha och Götha/ som lånkt äpter kallades Gotha/ och nu kallas Swenske. The kallas ta Sithe (leg, Skythe) Swidia/ som byggia i Helsingeland och ofwan Tifued och Kolaraord. Och the kallades Götha/ som bodde nedre för förbenemde skoga/ och till Öresund millan östra hafwet och

wästra, i.e. ab Japheto orti sunt Scy-

tha & Geta , qui diu post adpellabantur Gothi & nunc vocantur Suedi (communi scilicet noroine) Scytha tunc dicebantur Suedi , qui habitabant in Helsinga, & ultra Tivedh & Kolamord, (sylvas ita dictas) illi vero Gothi nominabantur, qui cis dictas Sylvas habitabant, usque ad Oeresundiam,

a) Hist. Gotr. p. 30.inter mare orientale & occidentale b). Probatur hoc testimonio, in Sylvis Kolamord / & Tiwed, limites este inter regna , Svethicum & Gothicum. Sunt autem ha sylva in Svedia notissima; quarum prima, Kolamord / distingvit Sudermanniam & Ostro Gothiam , altera vero Tiwed Nericiam & Vestro Gothiam separat. Ipsa derivatio nominis Tiwed idem probat: censent quippe eruditi, Tiwed dictam olim esse

Twiwed; twi autem twe/ twå est numerus binarius, inde twiskifftes bipartito, twinna duo fila contor-

quere, twimaput % litera duobus <F, m constans, Wed vero sylvam norat inde Mörckwidur/ Holwed & c. wed norat etiam ligna quae ad instruendum focum de silvis conve-

huntur, unde granwed/ biörkwed/

tallwed &c. ita germanis hols utrumque dicitur, quod Vestro-Gothis & Smolandis nostris est hult/

b) Locc. antiq. Svio G. in 8:vo p. 8.tam pro sylva , quam in nominibus propriis locorum innumeris. A twi igitur & wed est Twiwed & Tiwed h. e. sylva bipartiens, sive dividens regnum Atlantidum in Svioniam & Gothia_. Quemadwodum sylva Tiwed fuit limes inter Svediam & Gothiam ; ita etiam fuit olim terminus Nomarchia Westro-Gothicae, ut non obscure colligi potest ex LL. Weftrog. Tingmb. 5. fl. Stempnir madher manni tu Ladsthing med wit-

num och komber han ey til at adtru thera/ at swara sak sine/ tha a Laghmadher han fridhlösan at lägia mälin Ällwar ok Tiwid ee ther til han til swanrä komber. Designantur heic

limites dictae Nomarchiae ab una_. parte Tiwed / ab altera Älwar h. e>. albis Gothicus, ut in Indice legibus Westrog. adjcto, fatetur Nobilissimus G. Stiernhielm. Älfwer ok Tiwed/ ära Wästergöthlandz gräntzer. Skogen Tiweden skiljer Westegötland ifrå Swearike ; och Götälfven (Gothelba) som löper ut wid Götheborg/ skiller Westwrgötland i-

från Norige. Quaire non videmus qua ratione sibi constare possta assertio Celeb. Joh. Hadorphii in Praefatione ad Leges Dalecarlicas, ubi ex historia Gothrici cap. 5. & LL. Westro Goth.Tifb. 12. fl. conjicit Nericiam Nomarchiae Vestro-Gothica olim subjectam fuisse_. Praesertim cum Nericia nominetur tanquam distincta Nomarchia, non solum in hodierno codice legum * sed etiam in vetuftissimis legibus provincialibus utpote Sudermannicis** Uplandicis ***. Veritas hajus assertionis confirmatur inde, quod habuerit suos proprios Legiferos seu judices provinciales, quorum series & nomina, suo loco recensenda erunt.

Si cum B. Rudbeckio Svediam late sic dictam in decem dividere

*LL. Konungsb 1. & 6.c **Kunugrb.

1. och 2. fl. *** Kungrb. 1. och 2. fl.velimus provincias, quarum reguli, comites & judices, Regum Upsalensium filii atque consangvinei fuerint, neque ea ratione Vestro-Gothia adjudicabitur Nericia nostra. Fines omnium decem provinciarum , ex antiquis rationum libris atque archivi tabulis excerpsit M.Stenius, ex quibus tres paragraphos nobis inservientes , primam scil tertiam & sextam adducere lubet:

1. Oppunda.

Södermanlaud ifrån Tilga hela

Östersiöns Götaskär till Nykaupung

up till Swinawad (ibi Tiwed inci-

pir) Askesund till Gylfwespångsiö

och så till Örebro / och åter till Tilga.

Östergötaland och ett stycke af Små-

land / Nyköping och hela Göta skären

utföre / med Gotland och Öland till

Wej och desssiröm up till Gauta /

Ridzholm / Junaån / wisingzö / Aske-

sund och Kullemorden till Nykan pung.

6. Wästergötland och stycke af Wärmeland / Askesund öfwer Wetter till Junabek / Bessarid / Mulsarid / Bordarid / Grymmerid / Sinnerid och hela westskären till glammen och Makerså till Fiells / Lydeswik / Dagerflod till Angelshamn *c*).

Hinc patet Oppundiam, quo nomine appellatur adhuc territorium quoddam in Sudermannia_., Nericiæ proximum ad Occidentem, primam inter decem provincias fuisse & comprehendisse totam Sudermanniam & Nericiam usque ad Svinavad, ubi Tiwed & urbem_. Askesund/ ubi Ostrogothia incipit. Quos terminos posterioribus etiam temporibas observatos fuisse , constat ex sententia Toronis Joannis, quæ idiom, Sveco vocatur Ture Jönssons Lagmans dom om raa

c) *Atlant. Tom. I. p. 202.*och röör land och Häradzskilnad emellan kakind / walla / kinde och wadzbohärad / samt Nerike / Wermeland och Östergötland.

Quod si igitur veram vocis Nericiæ derivationem investigare velimus nuspiam certius quam in Svedia quæretur. Antea dictum est Svioniam plures complecti provincias, quarum Uplandia vel *Upsvet*, tam ob antiquitatem, quam ob religionem, sedisque regiæ dignitatem, fuit præcipua, secunda, Vestmannia, tertia Sudermannia appellata, illa quod vergat in occidentem, hæc quod ad meridiem Uplandiæ posita esset ; quarta Dalecarlia dicitur, quia non nisi montibus & collibus interjectas incolæ ejus inhabitent valles, quinta Nericia, quam cum in inferiori Svedia parte sita sit, dici putamus a Ner/ Nerrike/ quasi Nederike.

Quanquam plurima loca præsertim ab homnibus constituta, utpotepote oppida & villæ nomina traxerint a conditoribus, imperantibus vel dominis: alia tamen loca a situ, a proventu, & ceteris qualitatibus appellantur ; prout testatur G. Leibnitius; adeoque etymologia Nericiæ a situ desumta , non, videtur inconveniens aut insolita, quum ea nominis imponendi ratio usu invaluerit in patria nostra , hinc ruricolis dicuntur etiam villæ, oppgården / nergården / norrgården / opbyn / nerbyn / agri & prata, opgiärde/ nergärde/ opängen / nerängen. Hæc nominum impositio ut simplicissima, ita & antiquissima simul & certissima esse videtur. Vocula ner contracta a neder infra ; altera vox Rike/ quæ nomen componit, est ab antiquo vocabulor *ric*, quod significat extensionem, robur & fortitudinem , ut in terminatione quorundam nominum propriorum. Hinc Venantius Fortunatus exponit Chilpericum:

*Adjutor*Adjutor fortis , si interpres Barbarus adsit. Quem ad rnodum Societas Regia_. Berolinensis observat in miscella,,laneis d); ubi etiam admonet_., „gigantes & heroes ante paucos „annos in libris Germanicis novis„sima vetustatis Recken dictos ; „quod proprie longurionem notat. ,,Est enim Recken nunc quoque ex„tendere, & conti seu baculi ob,,longi apud Brunsvicenses dicun„tur ricken. Et ipsum Reck ricken, „a Celto Scythico est fonte nam_. „reije, rige , regula, regere, rex , „»$yvPW> reissen, aliaque multa ad „extensionem se referunt, lineam„que rectam, quae nascitur, filum „extendendo. Adeoque rike seu regnum vi originis notat terrae tractum extensum seu agrum latius patentem.

Nericiam in codicibus quibusdam Msc. vocari Neringaland &

d) Miscell. Berol. part. 1. pag 2.Neringiam, me suis literis admonuit Translator Antiq. Reg. D. Ericus Julius Biörner; quin & alia non pauca super hoc argumento mecum communicavit, suamque mihi mentem ingenue aperuit. Tam propensum in antiquitates, earumque cultores studium, gratus heic commemoro. Etsi in nonnullis,

quod Camenarum & diva ty.täg leges permittunt, dissentiam. Existimat igitur D. Biörner, Neringiam, vel Neringaland pro Nericia a monachis per licentiam barbaricam, dictam fuisse, quem ad modum etiam scripserint Moringiam pro Möre/ Sconingiam pro Skåne / Gestringaland pro Gestrikaland/ Gocia pro

Gothia, Svecia pro Svedia vel Svethia &c.

Aliquando veteres abjecta initiali syllaba, pro Nerike scripsisse rikeshärad / colligi videtur ex hist. Norv. Torm. Torf. ubi haec de i-tinere. Regis Sverronis traduntur: Igitur finita Paschatis hebdomade, terrestri itinere ad agri Svedici avia reflexo, via plane invia, per saltum duodecim rastas seu militaria, longum, ad provinciam Rikisherat provecti, alium inde pari spatio ad Molundas usque emetiuntur e). Haec de derivatione vocis Nericiae suffieiant, quibus simul evidenter satis nos probasse_. considimus , Nericiam Svedorum ditionibus , ab antiquissimis temporibus fuisse annumeratam. Quae ad pleniorem regionis nostra notitiam spectant, persequi non linie prasens rerum habitus : quare, si Deo & Patronis visum fuerit, alia occasione, quando documentorum uberior copia haberi potest, proposito operi justa reddatur forma. Finem interim capiti huic onomatologico imponentes, Clementissimi Regis, eminentissimorum Pro-

e) Torm. Torf. hist. Norv. cap. 13. pag. 589.cerum & totius Patria incolumitatem, felicitatem ac salutem summo Numini commendamus.

J fridhi wari Konuger / Laghma-

dher / ok land /

Thät giwi os Fadher / Sun / ok thän

Hälghe And /

Fridher wari lyster / at laghum / ok

lagha fallum /

Radher Gudz ok fridher wari med

os allum /

AMEN.

Cap. II.